ad extrema duntaxat vitæ suæ tempora et non vltra. Tali videlicet modo quod si
prius præfatum Generosum Gorzycki Maritum suum quam ipsam Generosam consortem
suam de hac luce decedere contigerit Extunc præfata consors sua bona gtu omnia
ac præmissa omnia superius expressa cum omni præmissorum iure dominio et propri=
etate omniq usu fructu eorundem ad extrema vitæ suæ tempora tenebit habebit
et possidebit illisq quiete et pacifice vtifruetur. Post mortem vero et de hac luce
decessum eiusdem suprascriptæ consortis suæ extunc præmissa omnia bona præfati mari=
ti propria ad successores eiusdem mariti sui sine quavis contradictione successorum supra=
scriptæ consortis suæ pleno iure redire debebunt et devolventur. Similiter quoq si pri=
us prænominatam consortem suam quam ipsum maritum mori evenerit extunc bona
suprascripta gtu omnia morte præfatæ consortis suæ derelicta cum omni vti præ=
missum est iure dominio et proprietate omnibusq eorundem bonorum vtilitatibus
et commodis idem Generosus maritus suus tenebit habebit et possidebit illisq quiete
et pacifice ad extrema duntaxat vitæ suæ tempora tantummodo et non vltra vtifrue=
tur. Post mortem vero eiusdem suprascripti mariti sui bona eadem præfatæ Con=
sortis propria morte eiusdem mariti præfati derelicta ad successores suprascriptæ
Consortis suæ sine quavis contradictione successorum præfati mariti sui totaliter
et plenarie redibunt et devolventur. His præsentibus personalibus recognitionibus
ad præmissa mediantibus.

Actum in Castro Præmisli=
censi Sabbatho post Domini= 13/V
cam Jubilate proximo Anno Do= 1656
mini Millesimo Sexcentesimo
Quinquagesimo Sexto.

Grochowski Grochowskiemu.

282

Donat et Cedit.

Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castren[sibus] Capitan[ealibus] Premislien[sibus] Generosus Raphael a Grochowe Grochowski olim Magnifici Feliciani ab eadem Grochowe Grochowski Castellani Premislien[sis] filius Sanus mente et corpore existens a Terris districtibus Iuribus Iurisdictionibus suis quibusvis propriis et competen[tibus] recedendo Praesenti vero Castrensi Capitan[eali] Premisliensi Iurisdictioni se cum Successoribus ac bonis suis quoad omnibus quo ad actum praesentem attinet totaliter et plenarie incorporando atque subiiciendo palam libere publice ac per expressum recognovit Quia ipse totus et integrus Sortes suas quaslibet se recognoscentem post decessum olim Perillustris et Admodum Reverendi Stanislai ab eadem Grochowe Grochowski Custodis Sendomirien[sis] fratris sui germani in bonis oppidi Babica et villarum Brzeska Babicha Bachow Skopow et Stupnica iure naturalis successionis concernebant cum iuriis et praediis eidem existentibus in Pallatinatu Russiae Terra et districtu ... consisten[tibus] Cum omni praemissorum iure dominio proprietate haereditate titulique haereditario cumque omnibus et singulis bonorum et sortium praefatorum utilitatibus fructibus proventibus videlicet commodis emolumentis obventionibus agris pratis campis borris pascuis pomariis sylvis borris gais rubetis vepribus indaginibus pinetis nemoribus fluviis fluminibus stagnis piscinis magnis et parvis rivis rivulis torrentibus lacubus aquarum decursibus molendinis tabernis aedificiis holodis structuris apibus apiariis apum mellificiis theloneis pontalibus et aggeralibus subditis etiam profugis quorum repetendorum in subscripto donatario per praefatum recognoscentem conceditur facultas Cmethonibus hortulanis inquilinis eorumque laboribus censibus dationibus muniis officiis ac obsequiis quibusvis etiam cum iure patronatus praesentandorum quorumvis beneficiorum tam Rithus Romani quam et Graeci attinentibus et pertinentiis quoad universis nullis penitus exceptis et exclusis sed omnibus in genere et singulis in specie comprehensis generi per speciem et e contra in nullo derogando nihilque Iuris dominii proprietatis haereditatis tituli praetextus ac Cuiusvis

competentiae

competentiis et praerogativis pro se recognoscente suisq successoribus aut quopiam alio
reservando seu excipiendo verum ita late longe circumferentialiterq prout praefata
bona se in suis metis et limitibus ab antiquo extendunt et protenduntur et prout praed.
fata bona ipsemet recognoscens tenuit habuit possidebat ipsumq concernebant ac eidem
serviebant tam ex nunc et de facto Generoso Alberto ab eadem Grochowice Grochowski
fratri suo germano eiusq posteris dedit donavit ac titulo purae mere et irrevocabi
lis donationis inscripsit et resignavit prout per praesen dat donat ac titulo purae
mere et irrevocabilis donationis inscripsit et resignavit Necnon de omnibus suni
bus inscriptionibus contractibus literis gravaminum dispositionibusq quibusvis
bona memorata per se recognoscen praesen donata et resignata afficientibus cessit
et condescendit prout praesen cedit et condescendit omneq et integrum ius suum
sibi ad praemissa serviens totaliter et plenarie in personam suprascripti Generosi
Alberti Grochowski fratris et donatarii sui et eius posterorum transtulit trans
fudit et incorporavit prout per praesen transfert transfundit et incorporat In
qua quidem bona praesentibus donata et resignata praemissaq omnia per
praesen cessa iam ex nunc et de facto suprascriptus recognoscens memo
rato donatario et cessionario suo eiusq posteris eorum officio praesenti dat
et admittit realem intromissionem et actualem pacificamq possessionem
per Ministerialem quemcunq competentem et Nobiles duos die quacunq
voluerit effectuare acceptam Per ipsum Generosum Albertum Grochowski
Donatarium et cessionarium suum eiusq posteros supraecita bona praesen
donata et resignata praemissaq omnia per praesen cessa cum universis
utilitatibus fructibus commodis emolumentis attinentiisq et pertinentiis quibus
universis tenendi habendi possidendi illisq pacifice et quiete utifruendi
ad suosq et suorum successorum quosvis beneplacitos usus fructus liberi
et effectualiter convertendi perpetuo et in aevum irrevocabiliterq Debetq et
tenebitur memoratus recognoscens Generosus Raphael Grochowski prout se
ac suos successores in et super bonis suis quibus omnibus ac summis pecuniis

quibusvis habet et habeà memorato Generoso Alberto Piechowski donatorio et

cessionario suo eiusq posteris inscribit et obligat prsēti ipsum et eius Successores

in dictis bonis praesentibus donatis et resignatis praemissisq omnibus per prae.

sen cessis et ratione eorundem omnium ab omni et quavis impetitione Iu.

ridica quarumcunq personarum cuiuscunq Conditionis Status et Sexus exi.

stentium exonerā per omnes praescriptiones Terrestres prout ad quam libet per

sonam Terrestris spectat et pertinet praescriptio in omni iudicio et officio Re.

gni semper toties quoties opus fuerit tueri defendere evincere intercedere

et eliberare indemnemq cum posteris reddere. Nec non hec eadem bona

praesentibus donata et resignata ab omnibus in genere Iuribus et inscriptio.

nibus grauibus et possessionibus super eadem bona cuiuis personarum modo

quocunq factis et faciendis tum etiam a quibusvis Citationibus in eadem

bona praesentibus donata et resignata importatis et importandis lucris denique

et poenis praetensionibusq iuris quibusvis in quocunq puncto et gradu iuris

dependen in quovis Iudicio et officio Regni obten ac obtinen ac super

praemissis bonis praesentibus donatis et resignatis perductis et perducendis

emundare et eliberare mundaq et libera semper facere Ac etiam intromis-

sionem praefatam coram officio praesenti admissam in fundo bonorum praefatorum

praesentibus donatorum et resignatorum cum per Ministerialem et Nobiles duos

officiose affectabitur non denegare imo debebit et tenebitur eandem libere

et effectualiter dare et admittere dataq et admissa eadem possessionem

et usumfructum praemissorum omnium quovis modo tam per se quam per suas

quasvis submissas et subordinatas personas non praepedire nec adimere

ipsumq Donatarium suum et eius posteros in praemissis omnibus nullo

modo inquietare ita ut eadem bona praesentibus donata et resignata prae.

missaq omnia per praesen condescensa idem donatarius et cessionarius suus

suis cum posteris quiete et pacifice praesentis inscriptionis donationis et cessionis

vigore

vigore tenere haber et possidere queat et possit perpetuis et aeternis temporibus. Adq sub damnis Terrestribus simpliciter absq juramento corporali taxandis et edicen per praefatum recognoscentem Generosum Raphaelem Grochowski sive eius posteros suprascripto Generoso Alberto Grochowski donatorio et cessionario suo sive eius successoribus ob non completionem praemissorum omnium et singulorum tam in toto quam in quavis minima parte totys quoties opus fuerit ad solvendum succumbendis. Pro quibus quidem damnis Terrestribus simpliciter absq corporali juramento taxandis et edicen modo praemisso ad solvendum succumbis ac re aliqua principali ex praemissis non completa complenda casibus existens memoratus recognoscens Generosus Raphael Grochowski sive eius posteri Ad instantiam suprascripti Generosi Alberti Grochowski Donatorii et cessionarii sui vel eius successorum ad officium praesens Castren Capitan Premisliens extune recessu suprascripto quo ad respondendum spectat mediante semper in primo citationis termino tanquam peremptorio stare rusigavere respondere damna praefata Terrestria luere inscriptionem praesenti satisfacere ac omne iudicatum pati debebit et tenebitur seq ac suos successores ad eadem omnia inscribit et obligat. Illum terminum primum peremptorium et alios omnes exinde consequen causae eiusdem terminos semper peremptorios vero infirmitate sua maiori universitate successorum legatione intra vel extra Regnum servitio militari ad munimenta ad Exercitum vel alijs quibusvis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo ad quietationem vlbu proximos terminos officii praefati Castren Premisliensis dilationem sibi non recipiendo. Nullasq motiones appellationes protestationes ac earum prosequutiones faciendo Ac praemissa omnia poenis simplicibus vel triplicatis evasionibus suspensionibus fatalibus Iuris praescriptione Terrestri bello commentioneq et alijs quibusvis iuris remedijs et facti defensis non evadendo nec quovis alio modo subterfugiendo. Hacq sua praesenti personali recognitione ad praemissa mediante.